

PRIMI PARAL.

punitio, tanquam repente vehementes, & percussit eum, eo quod tenuisset arcam. Iuxta Hebreum habetur, super quod misit manum suam ad arcam. Non causam, sed tempus intelligo significari; videlicet quod ultro diuina superuenit quando extendit manus ad arcam, meritum enim ultionis non fuit extensio manus ad arcam: sed illius causa, videlicet vehere super plaustrum, & mortuus est ibi coram Deo. Nomen est Elohim. Confristatusque est David. Iuxta hebreum habet. Et ira fuit Danidi. Magnitudo tristitia exandescientiam causavit, eo quod diuissit dominus Oz, m. Parui refert quod hebraicè habetur, quia diuissit Ichouah, diuisionem in Huzza. Et hinc insinuat quod percussio fuit per modum scissionis, & vocatus est locus ille diuiso Huzza usque in praesentem diem. Timuitque David Deum in die illa dicendo. Nomen est Elohim: & similiter cum subiungitur arcam Dei; & idem nomen repetitur cum quererum subiungitur arca Dei. Reliqua exposta sunt in libro regum, quomodo introducam ad me arcam Dei? Et non declinare fecit David arcam Dei ad se in ciuitatem David: declinareque fecit eam ad domum Hobed' edom Ghibithae. Mansuetaq[ue] arcam Dei cum domo Hobed' edom in domo eius tribus mensibus: & benedixit dominus domui Hobed' edom & omnibus que habebat.

CAPVT XIII.

**M**isit autem Chiram rex Tyri nuncios ad David & ligna cedrina, & artifices parictum & artifices lignorum: ad edificandum ei domum. Vide h[ec]. 2. reg. cap. 5. Cognovitque David quod confirmasset eum dominus. Iuxta Hebreum habetur, quod direxit cum Ichouah in regem super Israe[li]. Ab effectu & ab interno motu cognovit David opus diuinæ directionis in se ad hoc ut regnaret super Israel. & sublevatum est regnum suum super populum eius Israel. Iuxta Hebreum habetur, quia eleutum fuit de super regnum eius propter populum eius Israel. Ecce effectus directionis diuinæ ex quo cognovit diuinam directionem David, ex eo enim quod vidit eleutum regnum suum propter bonum populi Israel, hausit quod diuina esset directio, cui cura est de bono populi Israel. Accepitque David adhuc uxores in Ierusalaim: & genuit David adhuc filios & filias. Et hac nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalaim: Sammuah & Sobab, Nathan & Selomo, & Iibechar, et Elisuah, & Eliphelet, & Noga, et Nepheg, & Iaphiah, & Elifamah, & Behel' iadah, & Eliphelet.

Audierunt

CAPVT XIII.

154

**A**udierunt autem Pelishim quod uinculus esset David in regem super totum Israel, & ascenderant omnes Pelishim ad quem dandum Danide, pr[et]orio, audiuitque David, & egressus est contra eos. Porro Pelishim venerunt: & diffusi sunt in valle Rehoboth. Consuluit autem David Deum dicendo. Nomen est Elohim, an ascendas contra Pelishim, & an trades eos in manum meā? Modus interrogandi Deū, intelligendus est per sacerdotem solito legis more, & dixit ei dominus, ascende, & tradam eos in manū tuam. Modus quo reuelauit deus, ignotus est nobis. Cungi illi ascenderunt. Heb. habetur. & ascendebant in Bahal perazim. Executio narratur diuini præcepti, & in quinto capitulo secundi regum exposuimus hæc cū sequenti historia. & percussit eos ibi David: & dixit, diuissit deus inimicos meos in manū meā sicut diuiduntur aquæ, idcirco vocatum est nomen loci illius Baba' perazim. Dereliqueruntque ibi deos suos: quos David iussit exuri.

Alia adhuc vicia Pelishim irruerunt: & diffusi sunt in valle, Consuluitque adhuc David Deum. Nomen est Elohim: quod etiam repetitur tam cum subiungitur & dixit ei deus, quācum postea dicitur egressus est enim deus, & demum dicendo præceperat ei deus. & dixit ei deus, non ascendas: post eos, Diuidenda est litera haec: & faciendus est punctus post verbum ascendas, ita quod prima sententia completeretur dicendo non ascendas. Et est sensus, non ascendas directè contra eos, Deinde legenda est alia sententia: post eos recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum. Hebraicè tamen habetur, post eos gyro à supra eos, & venies ad eos è regione arborum. Instruit eum deus ut post eos ex parte superiori gyret exercitum, & è regione multitudinis arborum crebrarum ibidem existentium aggrediatur hostes. Et insinuat hinc quod arbores istæ erant à parte altera Pelishinorum. Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum. Hebraicè habetur, sonitū deambulationis in capitibus arborum. Significantur arbores quasi condensatae inuicem: declarauimus autem hoc in libro regum, tunc egredieris ad prælium: quia exiuit deus ante te ad percutendum castra Pelishinorum. Quantum contextus insinuat, describuntur Pelishini in medio, exercitu Davidis pugnante aduersus eos hinc, & Deo pugnante aduersus eosdem inde. Fecitque David sicut præceperat ei deus: & percuterunt castra Pelishinorum à Gibbon usque ad Chazaram. Diuulgatisque est nomen David in omnibus regionibus.

Yy ij Hebraicè

## PRIMI PARALI.

Hebraicē habetur. terris circum circa. Et similiter intellige. & dominus dedit pauporem eius super omnes gentes. vicinas molestas Israclitis.

CAPVT XV.

**F**ecit quoque sibi domos in ciuitate David. multas enim habebat uxores: & propterea multis egebant domibus. & adiacebant. Legendū est. & præparauit locum arca Elohim, & etendit ei tētorium.

Muro cinxit proprio spatiū intra quod collocauit tabernaculum in quo ponenda erat arca. Tunc dixit David: illicitū est. Scrutatus David causam percussione Ozæ, inuenit peccatum fuisse contra legem Mosis eo quodd arca Dei super humeros Leuitarū & non super plaustrum vēhenda erat, vt sanctificatur in libro numeri ca. 7. vt portetur arca Dei nisi à Leuitis. Nomen est Elohim. quia eos elegit dominus ad portandum arcā domini & ad ministrandum sibi usque in seculum. Hoc dicitur ad differentiam aliorum Leuitarum, nam Leuitæ ex familia Cethath electi sunt ad portandum arcā quando modicus erat numerus sacerdotum: vt ex numeri quarto & septimo colligitur.

Congregauitque David vniuersum Israel in Ierusalaim ad faciendum ascendere arcā domini ad locum suum quem præparauat ei. Intellige sobrietate: hoc est ex vniuerso Israele inuitauit populos ad tantam solennitatem. Adunauit quoque David filios Aharon & Leuitas. De filiis Cethath Vriel principem, & fratres eius centum & viginti. De filiis Merari Hasa'iam principem, & fratres eius ducentos & viginti. De filiis Gherson Iel principem, & fratres eius centum & triginta. De filiis Elisaphan Semah'iam principem, & fratres eius ducentos. De filiis Cheb'ron Eli'el principem, & fratres eius octoginta. De filiis Huzziel Hamminadab principem, & fratres eius centum & duodecim.

Vocauitque David Zadoc & Eb'iahbar sacerdotes: & Leuitas Vrielem, Hasa'iam & Iolem, & Semah'iam, & Elielem, & Hamminadab. Et dixit eis: vos estis capita familiarium Leuitarum, sans etificamini vos & fratres vestri. Præparatio aliqua quanuis non scripta significatur. & facite ascendere arcā Domini Dei Israel ad locum quem ei præparauit. Ne vt à principio quia non eratis presentes, percussis nos dominus. Parui resert quodd hebraicē habet. Quia à principio nos vos, divisit Iehouah Elohe noster nos. Divisionem Ozæ commemorat quæ acciderat prima vice. sic & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus. Iuxta Hebraicē habet.

quia

## CAPVT XV.

355

quia non requisiuimus rā sc̄ntiū iudiciū. Rationē reddit percussio nis Ozæ, quia ipse David cū reliquis nō seruauerūt legis ius decretum circa vēhendam arcā. Et hoc dicit cōtigisse propter absentiam capitū tum sacerdotum, tum Leuitarum: si enim fuissent præsentes, dixissent decretū legis regi, & fuisset seruatum. Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ, ad faciendum ascendere arcā domini Dei Israel. Et portauerūt filii Leui arcā Dei (sicut præcepit Moses iuxta verbum domini) in humeris suis in vēctibus super se.

Dixitque David principibus Leitarum ut constituerent de fratribus suis cantores, cum instrumentis cantus (psalteriis & citharis & cymbalis) audire facientes elevando vocem in lētitia. Et constituerunt Leuitæ Heman filium Ioeles, & de fratribus eius Asaph filium Berech'ahu: & de filiis Merari fratribus eorum, Ethan filium Cusa'ahu. Ecum eis fratres eorum secundos: Zechar'ahu, Ben & Iah'ziel & Semiramoth & lechiel & Hunni, Eliab & Ben'a'ahu, & Mahas'ahu & Matthith'ahu & Eliphelehu & Micne'ahu & Obed'edom & lechiel ianitores, hoc est officium ianitorum exercentes, in via enim non erat opus ianitoribus: sed officio ianitorum ad compescēdum turbam ne plusquam liceret appropinquarent arcæ. Porro cantores, Heman Asaph & Ethan. Distributio subiungitur officiorum in via secundum diuersa instrumenta musica seu diuersas actiones. Nullam autem expectes à me circa proprietatem musicorum instrumentorum diligentiam: quoniam propria nomina eorum suspecta mihi sunt, in cymbalis aneis concrepantes. Iuxta Hebraicē habetur, ad faciendum audire, resonantia enim valde cymbala hæc significantur: ad differentiam cymbolorum parui soni, quibus vti solent mulieres in choreis. Zechar'ia autem et Haxiel & Semiramoth & lechiel & Hunni & Eliab, & Mahas'ahu & Ben'a'ahu: in psalteriis arcana cantabant. Hebraicē habetur, in psalteriis super Halamoth. Nomen proprium instrumenti musici est Halamoth, Porro Matthith'ahu & Eliphelehu & Micne'ahu & Hobed'edom, & lechiel & Haza'ahu; in cithariis pro octaua canebant Epinichion super victoriis. Iuxta Hebraicē habetur, in cithariis super octauam ad iuualementum. Et aiunt octauam nomen esse instrumenti musici octo chordarum. modus autem musicæ significatur in uale scendo. Chonenias autē princeps Leitarum prophete prærat: & ad præcīnēdām melodiā, erat quippe valde sapiens. Iuxta Heb.

Yy iii habetur.

PRIMI PARALI.

habetur. Et Chenan' iahu princeps Leuitarū in elevatione: castigādo in elevatione, quia intelligens ipse. Moderator elevationis in musica describitur iste, quia in arte musicæ erat valde intelligentis: & propterea dirigebat alios catores. Berech' ia autem & Elcana, ianitores arcæ, hoc est officiū ianitorum exercentes. Seban' iahu verò & Iosaphat & Nathan' el & Hamasai & Zechar' iahu & Ben' iahu & El' ihezer sacerdotes, clāgebāt tubis coram arca Dei. Nomen est Elohim. & Hobed' edom & Iech' ia erant ianitores arcæ.

David igitur & seniores Israel & tribuni iuerunt ad faciendum ascendere arcam fæderis domini. eo q̄ in ea cōtinebatur fœdus diuinū scriptū in tabulis lapideis digito Dei. de domo Hobed' edom in letitia. Cumq; adiuuisset Deus Leuitas qui portabant arcā fæderis domini: immolabantur septē tauri. Parui refevit q̄ hebreicē habetur. Et fuit adiuuātē Elohim Leuitas portantes thecam fæderis Iehouah: & sacrificarūt septem tauros & septem arietes. Duo hinc insinuātūr. alterū q̄ ad differentiam primæ translationis arcæ in qua Deus percussit Ozam, scribitur adiuuans Deus Leuitas vēctores arcæ. ipsum siquidem fouere & servare eos incolumes ac lētos prosequendo vēctionem arcæ, appellatur diuinum auxilium. Alterum quod propter contrarium effēctū a Deo in Leuitis prima vice, nō fuerunt sacrificia oblata: hoc est q̄ antequā prima vice duceretur arca ad locum sacrificiorum percussus fuit Oxa. Ex opposito siquidem ad gesta prima vice scribitur hic q̄ adiuuante Elohim Leuitas, sacrificabāt tauros & arietes: vt intelligamus incolumentē Leuitarum rationem fuisse continuandi sacrificia sexto quoque passu, vt dicitur in libro regum. Porro David induitus erat stola bysina, & omnes Leuita portantes arcā & cantores & Chenan' ia princeps prophetia inter cantores. Hebreicē habetur princeps elevationis cantorū. Hoc sam exposuimus superius. & super David erat ephod lineū. Paulo superius scriptū est q̄ David erat induitus pallio lineo, nunc autē dicuntur q̄ super eū erat ephod lineum. & propterea duas vestes linea significātūr: altera palliū, altera ephod. Ita quidē similis erat vesti Leuitica, ab humeris nominata: illa autē summa vestis erat ad differentiam Leuitarū. Rex igitur in hac solēnitate viraque vīsus est veste: ephod quidē subter, & pallio desuper. Tousq; Israel ascendere faciebat arcam fæderis domini in iubilo & sonitu buccina & tubis & cymbalib; faciens audire in psalteriis & citharis. Cumq; pernissit

CAPVT XVI.

355

nisset arca fæderis domini ad ciuitatem David: Michal filia Saul respiens per fenestrā vidit regem David saltantem & ludentem, & despexit eum in corde suo: hoc est ex intimis suis. ad exaggerandum siquidem peccatum desperationis narratum est q̄ in corde suo vilipendit eum.

CAPVT XVI.

Tulerunt igitur arcā Dei. Nomen est Elohim: & similiter eū subdit corā Deo. & constituerūt eā in medio tentorū quod tetenderat ei David: & obtulerunt holocausta & pacifica corā Deo. Complevitq; David offerre holocausta & pacifica: & benedixit populo in nomine domini. Et diuīs̄ omni ho-  
mini Israel, à viro vsque ad mulierē: vnicuiq; tortam panis, & par-  
tem ass̄ carnis bubalē & frizam oleo similā. Hebraicē habetur.  
placentam panis, & partem tauri vnam & phialam. Sic quoq; ha-  
betur in libro regum. prouidit enim de cibo & potu popu-  
lo: & ibi qua hic scribuntur exposuimus.

Constituitq; coram arca domini de Leuitis qui ministrarent: &  
recordarentur operū eius & glorificaret atq; laudarent dominū  
deum Israel. Hebraicē habetur. de Leuitis ministros: & ad recor-  
dandū & ad confitendū & ad laudandū Iehouah Eloha Israeli.  
Deuotus rex cū debita veneratione arcā Dei apud se colen-  
dā statuit, tū ad recolēdū, tū ad gratias agēdū, tū ad laudādū  
diuinā beneficia. Asaph duoē & secundū eius Zechā'iam: Iehiel  
& Semiramoth & Iehiel & Matthith' iam & Eliab & Ben' iah-  
u & Hobed' edom & Iehiel in instrumentis psalteriis & in citha-  
ris, & Asaph in cymbalis audire faciente. Et Ben' iahu & Lach-  
aziel sacerdotes: in tubis iugiter coram arca fæderis Dei.

In die illo tunc fecit David ducem ad confitendum domino, in ma-  
nu Asaph & fratrib; eius. Confitemini domino, inuocate nomen eius.  
Ex tribus psalmis sumpta sunt hæc subiuncta: videlicet ex psal-  
mo centesimoquarto priima pars: secunda autem (quæ incipit  
cantare domino) ex psalmo. 95. tertia demum (incipiens con-  
fitemini domino quoniam bonus) ex psalmo. 105. Et ne repe-  
tamus scripta super psalmos, vide ibi expositionem. notisca-  
te in populis operationes eius. Cantate ei, psallite ei: loquimini in o-  
mnibus mirabilibus eius. Gloriamini in nomine sancto eius: latet  
cor querentium dominum. Querite dominum & fortitudinem e-  
ius: querite faciem eius iugiter. Recordamini mirabilium eius  
qua fecit, prodigiorum eius & iudiciorum oris eius. Semen Israel  
serui eius: filij Lahacob electi eius. Ipse dominus Deus noster:  
Yy iiiij in

PRIMI PARALI.

in uniuersa terra iudicia eius. Recordatus est in sacrum paclis sui, verbi quod praecepit mille generationibus. Quod pepigit cum Ab'raham, & iuramenti sui ad Iizchac. Et statuit illud Iacob in praeceptum, Israeli paclum sempiternum. Dicendo tibi dabo terram Che-nahan, portionem hereditatis vestrae. Cum esset viri numerabiles, velut pauci & peregrini in ea. Et ambulauerunt de gente ad gentem, & de regno ad populum alium. Non permisisti viro ut vim inferret eis: & corripuit pro eis reges. Ne tangatis christos meos: & prophetis meis ne malefacie. Cantate domino omnis terra: Euangelizate de die in diem salutare eius. Narrate in gentibus honorem eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quia magnus dominus & laudabilis valde: & timendus ipse super omnes deos. Omnes enim deo populorum vacuitates: dominus autem caelos fecit. Confessio & decus coram eo: fortitudo & letitiae in loco eius. Afferre domino familiis populorum, afferre domino honorem & fortitudinem. Afferre domino honorem nominis eius; eleuare mundi & venire in conspectum eius, incurvare vos domino in decore sanctitatis. Tremite a facie eius omnis terrazetiam seruabit orbem ne commoueatur. Lentent cali & exultet terrea: & dicant in gentibus, dominus regnabit. Tonet mare & plenitudo eius: gaudeat ager & omne quod est in eo. Tunc exultabunt ligna sylua coram domino, quia venit iudicare terram. Confitimini domino quoniam bonus, quoniam in seculum gratia eius. Et dicite salua nos Deus salutis nostrar, & congrega nos & libera nos de gentibus; ad confitendum nomini sanctitatis tuae, ad gloriandum in laude tua. Quod hic mandatur ro-gandum congrega nos de gentibus, non oblitus temporis Davidis; eo quod toties in captivitatem & consequenter sparsu venundati que fuerant tempore iudicium & tempore Saulis, ut merito supplicandum tunc esset, congrega nos de gentibus. Benedictus dominus Deus Israel a seculo & usque in seculum: & dicat omnis populus Amen, & hymnum Deo. Parui refert quod Hebraice habetur. & laudare lehouah. Et hoc non est in calce illius psalmi: & in idem reddit cum dicere hymnum Deo.

**R**eliqui ibi coram arca fidei domini Asaph & fratres eius: ut ministrarent coram arca iugiter per singulos dies & viaes suas. Iuxta Hebraum habetur. ad rem per singulos dies suos. Quotidianum ministerium prout quilibet exigebat dies, describitur iugiter. Porro Hobed edom & fratres eius sexaginta octo: & Hobed edom filium Ieduthun & Chosam constituit ian-tores.

CAPVT. XVII.

357

tores. Zadoc autem sacerdotem & fratres eius sacerdotes coram tabernaculo domini in excelso quod erat in Ghibbon. Ut offerrent holocausta domino super altare holocausti iugiter mane & vesperi: & iuxta totum quod scriptum est in lege domini quam praecepit Israeli. Vide disparitatem, coram arca Leuitus duntaxat constituti leguntur, quorum caput erat Asaph: coram tabernaculo vero quod fecerat Moses constituuntur sacerdotes: eo quod ibi erat altare holocaustorum, & ibi iuge sacrificium siebat, & ut uno verbo dicatur, ibi erat ordinarius Dei cultus: arca autem extraordinarie venerabatur extra tabernaculum Mosis in Sion in tabernaculo quod fecerat David. A quo autem, quare, & quando fuerit translatum tabernaculum Mosis in excelsum Ghabaon, scriptura non tradit. in tribus siquidem locis tabernaculū hoc fuisse legimus: primo in Silo losuā cap. decimo & tuo deinde in Nobe, 1. regū 21. & demum in excelsum Ghabaon, ut hic scribitur. Et quia noluit David ut veneratione arcae in Sion minorer ordinarium cultum in diuino tabernaculo, ideo ordinavit etiam ibi Leuitas in diversis officiis, ut subiungitur. Cum eis fuerunt Heman & Ieduthun & reliqui electi qui nominati sunt per nomina; ad confitendum domino, quoniam in seculum gratia eius. Et cum ei Heman & Ieduthun qui tubis & cymbalibus faciebant audire, & instrumentis caneret Dei: & filii Ieduthun ad portam. Abiitque totus populus, unusquisque in domum suam: & reuersus est David ad benedicendum domum suam,

CAPVT XVII.

 Vnde autem habitaret David in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: ecce ego habito in domo cedrina, & arca fidei domini sub pellibus. Hebraicè habetur. sub cortinis. Exposita sunt autem hæc in secundo libro regum. cap. 6. Et ait Nathan ad David: omnia quæ sunt in cordet tuo fac, quia dominus tecū est. Nomen est Elohim: & idem nomen repetitur subiungendo sermo domini.

**I**n nocte autem illa factus est sermo domini ad Nathan dicendo. **V**ade & dic ad David seruum meum: sic dixit dominus, non tu adiiscabis mihi domum ad habitandum. Non enim habitavi in domo à die qua ascendere feci Israel usque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi & in tentorio manens cum omni Israel. Hebraicè habetur. & fui de tentorio ad tentorium & è taberna-culo in omni quo ini cum omni Israel. Duo nominat (tentorium

&

## PRIMI PARALL.

& tabernaculū vt discernamus inter ea. & dispa:iter nominantur:nam tabernaculum vnicū nominatur:tentorium autem quasi geminum significatur dicendo de tentorio in tentorium. Insinuatur enim per hæc differentia morandi. nam quando filii Israel non erant fixuri alicubi castra, arca Dei erat sub tentorio: & propterea tanquam in itinere describitur de tentorio in tentorium. quando vero sivebantur castra, tunc erigebatur tabernaculum ordinarium, & arca Dei erat in tabernaculo suo:& propterea adiungitur & ē tabernaculo. egressebatur enim ordinariē à tabernaculo suo arca veheenda. An verbum locutus sum vni iudicū Israel quibus præcepi ut paſſerent populu[m] mīu[m] dīcēdo: cur nō adiſcas mihi domū cedrinam?

Nunc itaq[ue] ſic dices ſeruo meo Dauidi: ſic dixi dominus exercituum, ego tuli te cum in pascuū ſequereris gregem. Hebraicē habetur. ego tuli te de habitatculo. vile ſiquidem ſignificatur paſtorū habitatculū. de poſt oves: ut eſſes dux populi mei Israel. Et ſai te cum quoquā perverxiſi, & interfici. Hebraicē habetur. & diſtrixi omnes inimicos tuos coram te. quod eſt verius: nam inimici Dauidis pelluntati ſunt potius quam interfici. feci tibi no-men quaſi vniuersi magnorum qui celebrantur in terra. Hebraicē habetur. & faciam tibi nomen iuxta nomen magnorum qui in terra. Similiter cum ſubiungitur. Et dedi locum. Hebraicē habetur. Et ponam locum, proculdubio firmum, ut ſubiuncta teſtantur, populo meo Israel, plantabitur. Hebraicē habetur. & plantabo eum. Ecce firmitas inſtar plantæ quæ ſirmatur radicibus in loco ſuo. & habitabit in eo & ultra non commonebitur. Hebraicē habetur. & nō tremet ultra: hoc eſt habitabit tutus ſub protecione tua. & non addent ſiliq[ue] iniquitatū ad atterendū cum ſicut in principio. Et à diebus quibus præcepi iudicium ſuper populu[m] Israel, & humiliati. Hebraicē habetur. & humiliabo omnes inimicos tuos. promiſſiones enim ſunt. annuncio ergo tibi. Hebraicē habetur. Et annunciaui tibi. Verba ſunt Dei, referenda à Nathan Dauidi, & præteritū annunciaui vel refertur ad eum. Pus Samuelis per quem Deus ſupradicta annuciare coepit Dauidi: vel quia tēpore relationis iam præterierat annuncia-tionis reuelatio facta ipſi Nathan. quod adiſcaturus ſit tibi domū minus domū. Parui refert quod Hebraicē habetur. & domū adiſcat tibi Iehouah. De ſeipſo loquitur Deus in tertia perſona. Et appellatione domus intelligitur ſuccelſio filiorū in regno. progenies enim regia ex eo futura, appellatur dom⁹:

vt

## CAPVT. XVII.

358

ut ſubiuncta manifestant. Cūque implueris dies tuos ut vadas cum parib[us] tuis, ſuſcitabo. Hebraicē habetur. & faciam ſurgere. vel & leuabo. ſeme[n] tuum poſt te quod erit de filiis tuis. Promittit Deus poſt mortem Dauidis eleuaturum ſe ſemen ipſius Dauidis. & ſtabiliā. Hebraicē habetur. & dirigā regnū eius. quod plus eſt quam ſtabilitate. Idemq[ue] repetitur ſubiungendo. Ipſe adiſcat mihi domū: & firmabo. habetur enim. & dirigā ſolum eius uſq[ue] in ſeculū. quod cōprehendit & firmare & alia facere opportuna ad regnū & ſoliū. Ego ero ei in patrī, & ipſe erit mihi in filiū: & miſericordiā. Hebraicē habetur. & gratiā mēā non auferā ab eo ſicut abſtuli ab eo qui fuſt ante te. Et ſtatua eum in domo mea & in regno meo uſque in ſeculū: & thronus eius erit firmitissimus. Hebraicē habetur, erit directus uſque in ſeculū. Vide horum omnium expoſitionem in 7. cap. 2. lib. Reg. vbi etiā expoſuimus ſubiunctam orationem Dauidis. & propterea corrīgenda duntaxat eſt litera: & ſi quid noui eſt, exponendum. Iuxta omnia verba hæc & iuxta vniuersam viſionem iſam, ſic locutus eſt Nathan ad Dauid.

Venit autem rex Dauid & ſedit coram domino, & ait: quis ego ſum domine Deus & quæ eſt domus mea ut preſtareſt mihi ta-lia? luxta Hebraūm habetur. quia feciſi me venire uſque huc? Agnitio eſt beneficij elevationis talis ac tantæ: viptote in regem ſuper vniuerſum Israel. Et parū fuit hoc in oculis tuis Deus, & locutus eſt ſuper domū ſeruū tuū etiā in futurū. Hebraicē habetur. in longinquum. ſuccelſio enim lōga futura ſignificatur. & feciſi me ſpectabilem ſuper omnes homines domine Deus meus. Hebraicē habetur. & monſtrasti me in ordine hominiſ ſexellen-tiam Iehouah Elohim. Ordo literæ eſt, tu Iehouah Elohim monſtrasti me excellētiā in ordine hominiſ: hoc eſt in ordine hominiſ. Magnitudo autem excellētiā ſignificatur per nomen abstractum: nam agnoscit beneficium quo collatus eſt ac mūdo oſtenſus gloriosus in ordine hominiſ eleto-rum ad excellentem gradū: quales ſunt principes, regno, fortitudine & diuitiis florentes. Quid ultra addere poſſit Dauid? cum ita glorificaueris ſeruum tuū & cognoueris eum. Hebraicē habetur. Quid addet ultra Dauid ad te ad honorem ad ſeruum tuū? & tu ſeruum tuum noſti. Et eſt ſenſus, quid amplius petet Dauid à te ſine ad honorem, ſine ad perſonā ſeruū tui ſpectet: omnia enim contulisti & nihil ſupererit perendum. Quod autem adiūgitur, & tu ſeruum tuū noſti, exinanitio eſt propriū meritorum

## PRIMI PARALI.

meritorum coram Deo. Domine propter famulum tuum iuxta certum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti universa magnalia. Iuxta Hebreum legendum est. Ichouah propter seruum tuum & fecit certum fecisti omnem magnitudinem istam, ad notificandum omnia magnalia. Cum autem subditur. Domine non est similis tui, & non est alias Deus absque te: ex omnibus quos audiimus. Hebraicè habetur. Ichouah non fecit tu, & non Elohim prætere: sicut omne quod audiimus auri- bus nostris. subaudi testatur. Et quæ est sicut populus tuus Israël, gens una in terra: ad quem pertexit Deus. Nomen est Elohim. ut liberaret & faceret populum sibi. Hebraicè habetur. ad redimen- dum sibi populum. Et immediate sequitur. ad ponendum tibi no- men magnitudines & terrores, ad expellendum à facie populi tuus quem redemisti ex Aegypto gentes. Collectio est beneficiorum à redemptione populi ex Aegypto usque ad introdum popu- lum in terram promissionis. Et posuisti populum tuum Israël tibi in populum usque in seculum: & tu domine factus es Deus eius. Hebraicè habetur. & tu Ichouah fuisti eis in Elohim. Sæpe hoc est expositum.

Nunc igitur domine sermo quem locutus es famulo tuo. Deficit una dictio: legendum est. locutus es super seruum tuum & super domum eius. Non sibi, sed de se locutum Deum dicit. firmetur usque in seculum: & fac sicut locutus es. Fermanètque & magni- ficeret nomen tuum usque in seculum: & dicatur, dominus exerci- tum Deus Israël. Deficiunt in hac clausula duæ dictiones: le- gendum est. Ichouah exercitum Elohe Israëlis, Elohim Israëlis. Primus titulus spectat ad creationem vniuersi: dum dicitur fons essendi à quo sunt vniuersi exercitus cœlorum & terræ, iuxta scripta in principio Genesim à Mose. secundus titulus ad speciale regimen diuinum Israëlis pertainet: plena siquidem est scriptura huiusmodi specialis gubernationis. tertius au- tem ad cultum debitum iugiter à populo Israël summo Deo tanquam speciali gubernatori ipsius, spectat. Supplicat siquidem David ut iugiter grandescat diuinum nomen confor- mando hæc tria: quibus adiungit quartum spectans ad domum propriam, ut cum prædictis tribus etiam hoc quartum perse- ueret. & domus David serui eius permanens coram eo. Hebraicè ha- betur, & domus David serui tui directa in facie tua. pronomina enim mutauit interpres. Tu enim Deus meus reuelasti aurem ser- ui tui ut adficas ei domum: idcirco inuenit seruus tuus fiduciam

## CAPVT XVIII.

359

Ut oraret coram te. Nunc ergo domine tu es Deus. Hebraicè habe- tur. tu ipse Elohim. iudicans & gubernans omnia. & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia. Hebraicè habetur. & locutus es super seruum tuum bonum istud. Deinde immediate sequitur. Et nunc voluisti ad benedicendum domui servi sui ut sit in seculū coram te. Agnitus est primæ radicis beneficiorum: voluntatis sci- licet diuinæ, cui placuit reuelare futuram benedictionem do- mus Davidis, ad hoc ut semper sit corā Deo: hoc est regnās. te enim domine benedictē benedicta erit. Hebraicè habetur. quia tu Ichouah benedixisti, & benedicta in seculum. Affirmatio est efficacitæ diuinæ benedictionis: quod ex quo Deus benedi- cit domui suæ sequetur effectus, videlicet quod erit benedi- cta in sempiternum, reliqua vide ibi supra.

## CAPVT XVIII.

 Vit autem post hac, & percuisset David Pelishim & humiliavit eos: tullique Ghath & filias eius de manu Pelishim. Percusitque Moab: & fuerunt Moabitæ ser- vi Davidi portatores munieris.

**E**t percuisset David Hadar'hezer regem Zobæ regionis Emath. Iuxta Hebreum habetur. ad Chamath. Et est nomen pro- prium loci in quo commissum est prælium cum exercitu re- gis Zobæ, quando perrexit ut dilataret imperium suum usque ad flumen Euphratem. Hebraicè habetur. ad faciendum stare ma- num suam in flumine Euphrati. Promissum fuerat à Deo per Mossem quod regnum Israelis ad Euphratrem usque exten- deretur: & propterea David operâ dedit ut manus regni sui statueretur in Euphrate. Scriptum est enim hoc ad manife- standum quod adimplata fuit Davidis tempore diuina hæc promissio. Cepitq. David ab eo mille currus & septem millia equi- tum & viginti millia virorum pedium: & subneruauit David o- mnem currus, & reliquit ex eo centum currus. Venit autem Syrius Damascenus ut auxiliu præberet Hadar'hezer regi Zobæ: & per- cuisset David de Syria vigintiduo millia virorum. Et posuit David præsides in Damasco, & fuerunt Syri Davidi serui portatores mu- neris: seruauitq; dominus David in omnibus ad que perrexit. Tu- lit quoq; David pharetras aureas. Hebraicè habetur. clypeos au- reos qui erat super seruos Hadar'hezer: & attulit eos in Ierusalaim. Et de Tibchath & de Chun ciuitatibus Hadar'hezer tulit David es multum valde: ex quo fecit Selomo mare aneum & columnas & vase aneas.

Audivit

## PRIMI PARALL.

Audiuit autem Thohu rex Chamath quod percusisset David et  
mнем exercitum Hadar'hezer regis Zobae. Et misit Hadoram filium  
suum ad regem David ad petendum sibi pacem, et ad benedicendū  
ei, eo quod pugnasset cum Hadar'hezer, et percusisset cum quia vir  
belli Thohu fuit cum Hadar'hezer: et omnia vasa aurea & argen-  
teorum & aenea. Etiam ea sanctificauit rex David domino, cum argen-  
to & auro quod tuleraat ex universis gentibus: de Edom & Moab  
& de filiis Hammon, & de Pelisthim & de Hamalec. Abisaia an-  
tem filius Zeru'ia percusit Edom in valle salis, decem & octo mil-  
lia. Tanquam duci exercitus illius qui pugnauit, attribuitur  
Abisaia haec victoria, quæ Davidi regi ut summo capiti totius  
exercitus attribuitur 2. Reg. 8. & constituit in Edom praesidium.  
Parui refert quod Hebraice habetur. præfectos, & fuerunt omnes  
Idumai serui Davidi, quoniam & præfetti in Idumæa consti-  
tuti sunt & militare praesidium ad seruandum eam ne defi-  
ceret à regno Davidis, seruauitque dominus Davidem in omni-  
bus ad quæ perrexit.

**R**egnauitque David super totum Israel: sicutque faciens iudi-  
cium & iustitiam toti populo suo. Porro Iobas filius Zeru'ia ca-  
rat super exercitum: & Iehosaphat filius Achilud à commentariis.  
Pluties diximus quod hebraicè habetur. recordator, vel rerum  
gestatum redigendo in annales, vel petitionum oblatarum  
regi. Zadoc autem filius Achitub & Abimelech filius Eb'iahaz  
sacerdotes: & San'ja scriba. Et Ben'iah filius Ieho'jahad super  
Cheretheos & Peletheos: & filii David primi ad manū regis, pri-  
mi quo ad ea quæ sunt honoris: ad manum autem regis quo  
ad officia, ad differentiam siquidem aliorum quorum officia  
certa erant, narrantur filii regis ab illo certo officio ad ma-  
num regis: hoc est ad opera regia.

## CAPVT XIX.

**A**ccidit autem ut moreretur. luxta hebraum habetur.  
Et fuit post sic, & mortuum est Nachas rex filiorum Hammon. Non parua est quæstio ad quid refertur post  
sic: quia certum est non posse referri ad narrata  
bella in præcedenti capitulo, nam mors istius regis præcessit  
ignominia illata legaris David, quæ fuit causa prænarrato-  
rum bellorum: conducti enim ab Hammonitis reges venerunt  
contra Davidem. Solutio est vel quod post sic refert subiuncta:  
& est sensus, & fuit prænarratum bellum post sic gesta quæ sub-  
iunguntur, prius enim narravit author bellum cū Syris, & modò  
subiungit

## CAPVT XIX.

360

subiungit causam belli: & propterea quadrat ut verbum fuit  
referatur ad narratum bellum, & post sic referatur ad subiun-  
ctam causam belli. Vel ad iunctim præcedentia (videlicet  
ordinatum quietumque Davidis regnum) refertur & fuit post  
sic: nam ut in secundi regum cap. 7. dicitur, post adeptam  
quietem ab inimicis in circumitu, David accepit à Deo per  
Nathan reuelationem de regno domus sua & templo ædifi-  
cando à filio: & post hanc superuenit mors Nahas regis Ham-  
mon, quæ hic subiungitur. & regnauit filius eius pro eo. Dicitur  
David faciat misericordiam. Hebraicè habetur. gratiam, quæ  
magis quadrat actioni consolatoria. cum Chanum filio Nachas  
quia fecit pater eius mecum gratiam. Hæc historia sumpta est ex  
10. cap. secundi Reg. & misit David nuncios ad consolandum eum  
super morte patris eius: venerantque serui David in terram filiorum  
Hammon ad Chanum ut consolarentur cum.

Et dixerunt principes filiorum Hammon ad Chanum: an honorab-  
David patrem tuum in oculis tuis quod misit ad te consolatores? nō  
ne ad inuestigandum & euertendum & explorandum terram ve-  
nerunt serui eius ad te? Ideo Chanum pueros David decalauit &  
rasit. Superfluit decalauit: legendum est. Taliique Chanun  
pueros David & rasit eos, & præcidit tunicas eorum à natibus us-  
que ad pedes. Sësus repletus redditur: quanvis verba alia sint he-  
braicæ, in medio usque ad pudenda, interpres enim exposuit pre-  
cisionem factam, abscondendo partes inferiores vestis. & di-  
misit eos. Abieruntque & nunc iauerunt Davidi per viros: & misit  
in occursum eorum grandem enim contumeliam sustinuerant. Hebraicè  
habetur. quia fuerunt viros ignominia affecti valde. propterea  
enim misit David ad consolandum eos, & dixit rex, manete in  
Iericho donec crescat barba vestra & reuertemini.

**V**iderunt autem filii Hammon quod iniuriam fecissent Davidi.  
Hebraicè habetur. quod eos fastidivit David, hoc est quod  
ipso fastidio habuissent Davidem abominantes illius lega-  
tos. & misit Chanum & filii Hammon mille talenta argenti, ut in-  
telligamus in culpa fuisse ad mouendum bellum cōtra Da-  
videm non solum regem, sed etiam populum. Ita quod duo  
mala fecerunt: primum ignominia, & deinde belli. ut cōducerent  
sibi de Mesopotamia. Hebraicè habetur. de Aram fluviorum. Et  
immediate subditur. & de Aram Mahacha & de Zoba currus  
& equi: es. Et conduxerunt sibi tricentaduo millia currum &  
regem

PRIMI PARALI.

regem Mahacha & populum eius. Non mireris si numerus maior hic scribitur quam in libro regum: quoniam sepe in sacra contingit scriptura ut quod unus liber taceret, alter suppleat. & venetum & castrametati sunt ante Medbam. Nomen proprium est loci: reliqua huius historiae expposita sunt in 10. cap. secundi reg. filij Hammon congregati sunt de ciuitatibus suis, & venerant ad bellum.

Audiuimus autem Dauid: & misit Iob, & totum exercitum fortium. Egressi sunt filii Hammon, & disponuerunt praelium ad introitum ciuitatis: & reges qui venerant, seorsum erant in agro. Videlicet Iob ab quod prepartatum esset contra se praelium ante & retro: & elegit ex omnibus electi Israel, & direxit aciem in occursum Syrorum. Reliquam autem partem populi dedit in manu Abisai fratre suo: & direxerunt aciem in occursum filiorum Hammon. Dixitque, si fortiores me fuerint Syri eius mihi in salutem: & si filii Hammon fuerint fortiores te auxiliabor tibi. Roborare & roboremur pro populo nostro & pro ciuitatibus Dei nostri: & dominus quod bonum est in oculis suis faciat. Appropinquauitque Iob & populus qui erat cum eo contra Syros ad praelium: & fugerunt a facie eius. Filii autem Hammon viderunt quod fugerent Syri, & fugerunt etiam ipsi a facie Abisai fratris eius & ingessi sunt ciuitatem: & venit Iob in Ierusalaim.

Viderunt autem Syri quod cecidissent coram Israel, & miserunt nuncios & eduxerunt Syros Hebraicè habetur. Aram quis trans flumen. Et est sermo de flumine Euphratis. Hadarhezer. n. Syrus misit ad conducendum viros ex Mesopotamia. Et Sopachus princeps exercitus Hadarhezer erat dux eorum.

Nuntiationeque est Dauidi, & congregauit totum Israelem & transiuit Iarden & venit ad eos: direxitque Dauid in occursum Syrorum praelium, & pugnauerunt cum eo. Et fugerunt Syri a facie Israe lis: occidique Dauid de Syris septem millia currum & quadraginta millia virorum pedium: & Sopachus principem exercitus interfecit.

Viderunt autem servi Hadarhezer quod cecidissent coram Israele, transfugeruntque ad Dauid. Hebraicè habetur. Et pacem fecerunt cum Dauid & seruierunt ei, & non voluit Aram auxiliaris filius Hammon ultra. Qui olim seruierant ut tributarij Hadarhezer, post plenam victoriam Dauidis pace facta cum Davide effecti sunt tributarij Dauidis, recedentes a societate Hammoniarum.

C A P.

C A P V T . X X .

361



T fuit in recessione anni tempore quo egredistur reges; duxit Iob robur exercitus, & vastauit terram filiorum Hammon, perrexeritque & obsedit Rabbam, & Dauid manebat in Ierusalaim: percutiuntque Iob Rabbam & destruxit eam. Ex 11. & 12. secundi regum sumpta est haec historia: & omittitur quod cum capienda esset interna ciuitas, Iob inuitauit Dauidem ut veniret ad exercitum, ut triuapharet victori. Verificatur itaque mansio Dauidis in Ierusalim destruente Iob ciuitatem: sed tacetur subsecutus aduentus Dauidis ad postremum actum victoriae. tulit autem Dauid coronam Malcham de capite eius. Distinctionem Hebraicam reliquerunt: cu[m] facilis esset interpretatio Malcham hoc est regis eorum. & inuenit e[st] possideris talenti auri & in ea erat lapis pretiosus, fecitque sibi inde diademata. Hebraicè habetur. & fuit super caput Dauidis. Hinc apparet quod vere corona regis filiorum Hammon erat illa: alioqui non vius fuisset illa Dauid in proprio capite. & pradam ciuitatis extraxit multam valde. Populumque qui erat in ea extraxit, & fecit super eos tribulas & iras, & ferrata carpenta transire, ita ut dissecarentur & contererentur. Ista clausula tormentorum iuxta Hebrei habetur brevissime. & ferravis serra & in cuspidibus ferri & in securibus. haec tamè tractauimus in libro regum sic fecit Dauid omnibus ciuitatibus filiorum Hammon: & reuictus est Dauid & totus populus in Ierusalaim.

P ost hac autem initium est bellum in Ghezer cum Pelishthiniis. Ex secundi reg. cap. 21. sumpta sunt subiuncta tria bella. ibidem tamen referuntur quatuor: nam primū hic tacetur. tunc percutiunt Sibbechai Chusat cui Sippai de filiis Repham, & humiliati sunt. Et fuit adhuc bellum cum Pelishthim: in quo percutiunt Adodatus filius saltus Bethlehemites. Hebraicè habetur. & percutiunt Elchanan filius Lahir Lachmi. similiter enim erratum est in libro regum circa haec nomina. Et scito quod Lachmi ciue viribus quam dicimus Bethlehem significat. fratrem Gholiath Ghithhei. At si legas Gethæu, sententia in idem redit. frater enim illius Gholiath quem olim interfecerat Dauid adolescens significatur. & lignum lancea eius erat sicut licatorium textorum. Fuitque adhuc bellum in Gath: in quo fuit vir mesurus, et digitus eius sex & sex, vigintiquatuor, & etiam erat de genere & apha. His blasphemauit Israhel. Iuxta Hebraum habetur. Et vituperavit Israhel. verbis enim ad vituperinim spectantibus: vñus fuerat. & percutiunt eum Lebonahian filius Simha frater Dauidis. Isti narrati

Z 2

jv. 1

## PRIMI PARALI.

sunt Raphae in Gath. Semen giganteum significatur, qui cederunt. Hebraicè habetur. & occiderunt in manu Davidis & in manu seruorum eius. Non enim articulatur casus ad istos tres gigantes prænominatos: sed post narratos istos tres natos in Geth, subiungitur quod gigantes Geth occisi sunt à Davide & seruis eius: extenditur enim sermo. Et David duos interfecit: vi scilicet Ghol'ath in duello, & Isbabenob qui hic tacetur. tres autem istos interfecerunt serui Davidis.

## CAPVT XXI.

**G**onsurrexit autem Satan contra Israel. Iuxta Hebraū habetur. Et sicut Satan super Israel: & incitauit Davidem ad numerandum Israelem. In ultimo capitulo secundi libri regum (in quo hæc eadem historia tractatur) incitatus dicitur David an numerandum populum à furore Dei, hic autem incitatus dicitur à Satan: hoc est ab aduersario, proculdubio dæmone. Et vtrumq; est verū: quia dæmon animo & volūtate inducēdi Davidem ad peccandum incitauit Davidem stans firmus ad præualendum: furor autem diuinus incitauit permissuè quidem quo ad malum culpæ, faciendo autē quo ad malum pœnæ. Dixitq; David ad Ioab & ad principes populi: ite numerate Israel à Beersobah usq; Dan, & afferte ad me & sciam numerum eorū. Ecce vanitas: hinc non apparet in anis gloriae peccatum, sine villo rationabili fine numerare populum. Respondiq; Ioab: addat dominus super populum suum sicut est ceterum vicibus, nonne domine mi rex oës ipsi domino mœo sunt serui? quare querit hoc dominus meus quod in peccatum reputetur Israel? quo ad pœnam, nō quo ad culpā. Et verū dixit, vt euēt probauit.

Sermo anterregis præualuit super Ioah. Ecce effectus statis Satan. egressusq; est Ioab & iuit per totum Israel, & reuersus est in Ierusalaim. Deditq; Ioab numerū descripti populi Davidis: & fuit totum Israel mille millia & centum millia virorum eduentium gladiū, & Iehuda quadringenta & septuaginta millia virorum eduentium gladiū. Dissonatiæ due inter hæc literā & capitulum ultimum secundi regū tractandæ sunt. nam ibidem numerus Israel octingenta millia, hic autem longe maior numerus scribitur: numerus vero Iudei ibi maior (videlicet quingenta millia) hic minor scilicet quadringenta & septuaginta millia scribitur. Solutio est q; facile verificatur vtrq; litera. nam quod alter tacet, alter supplet: & qui maiorem numerū ponit, minorem includit;

## CAPVT XXI.

352

Includit: & qui minorē scribit nō negat maiore. Diuersa autem narratio numeri nata fuit ex eo quod bīs relatio numeri facta forte fuit & à diuersis scribis quod ideo credi potest, quia Ioab inuitus obediebat in hoc. Lcui autem & Bin'iamini non numerauit inter eos: quia exosum fuit verbum regis Ioabi;

**D**isplicuit autem Deo quod iñsū erat. Parui refert q; hebraicè habetur. Et displicuit in oculis Elohim super rē istam: et percusit Israelem. Narrat author prius factum & deinde modum quo Deus fecit: narrat prius malum culpæ displicuisse summo iudici, & iustitiam subsecutam simul cū penitidine Davidis. Dixitq; David ad eum. Legendum est. ad Elohim. Agnouit peccatum suum coram summo iudice. peccavi nimis ut hoc facere. Hebraicè habetur. peccavi valde qui feci rem hæc. Et immediate sequitur. & nunc fac transire obsecro iniquitatē serui tui, quia insanii valde. Vanitatem affectus sui insaniam appellat magnam, qua verē aliena est à fano sensu.

Et locutus est dominus ad Ghad vidētiē Davidis dicendo. Fides Davidis in visionib; Ghad describitur: ex eo enim quod David adhibebat fidem visionibus Ghad propheta, appellatur Ghad vidētiē Davidis: & propterea Deus suauiter omnia disponens, illum misit ad Davidem. Vale & loquere ad David dicendo: sic dixit dominus, trium tibi optionem do, elige tibi unū ex his & faciam tibi. Venitq; Ghad ad David, & dixit ei: sic dixit dominus, elige quod volueris. Hebraicè habet. recipi tibi, sed sensus in idē redit. Aut tribus annis pestilētiā. Corrupta est litera: legēdū est. famē. penuriā videlicet alimentorū, aut tribus mensibus fugere hostes tuos & gladiū eorū non posse evadere. Iuxta Hebraicè habetur. aut tribus mēsibus desicere à facie inimicorum tuorum & gladium inimicorum tuorum attingentem. Proponitur nos solum imparem esse hostibus sed etiam attingi à gladio hostium: quod est vexati hostili gladio. aut tribus diebus gladium domini, & pestilentiam in terra, & angelum domini destruente in omnī termino Israel: nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me.

Et dixit David ad Ghad: angustia est mihi valde incidam quæso in manu domini (quia multa valde sunt miserationes eius) & in manu hominum ne incidam. Misit ergo dominus pestilētiā in Israel: & ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. Misit quoq; angelum in Ierusalem ut perceret eā. Legendū est. Et misit Elohim angelum in Ierusalaim ad destruendam eam. Visibili signo mōstrauit iustitiam suā Deus sup Ierusalē Davidi & aliis vt

Zz ij induz

PRIMI PARAL.

indubie crederet diuinam esse animaduersionem cladem illam. cumque percuteretur, vidit dominus & misertus est super magnitudinem mali: & imperavit angelo qui percutiebat sufficit, iam cefset manus tua. Hebraicè habetur. & destruente vidit Iehouah & penituit super malum: & dixit angelo destruenti, multum, nuc consine manum tuam. Et est sensus quod destruente angelo Ierusalem, vidit deus oculis gratia, & instar penitentis tanti mali mandauit angelo ut desinaret percutere. Sed aduerte quod more solito prius narratur res gesta & deinde modus quo res est gesta: prius narratur quod Deus mandauit angelo ut definiret occidere, & deinde narratur modus qui prior fuit: videlicet quod fuit visus angelus, quod intercesserunt preces Davidis &c. porro angelus domini stabat iuxta aream Ornan Iehusai.

Leuauitque Dauid oculos suos, & vidit angelum domini stantem inter terram & calum, & gladium eius euaginatum in manu eius extensum super Ierusalaim: ceciditque Dauid & seniores operti sacris super facies suas. Hinc apparet quod Dauid & sui penitentialem luctum afflumperfer auditis verbis Ghad prophetæ, & induerunt se saccis iuxta morem illius temporis. Dixitque Dauid ad Deum. Nomen est Elohim. nonne ego dixi ut numeraretur populus? ego qui peccavi, ego qui malum feci. Hebraicè habetur. & malefaciendo feci malum. Exaggeratio est. isti autem qui oves sunt quid fecerunt? domine Deus meus sit queso manus tua in me & in domum patri mei, & in populum tuum non sit plaga.

**A**ngelus autem domini precepit Ghad ut diceret Dauidi, ut ascenderebat Dauid ad erigendum altare domino in area Ornan Iehusai. Vtrobique est nomine Iehouah. Authoritas diuina manifestatur ad construendum altare in area illa, sine qua non præsumpsisset Dauid erigere ibi altare. Ascenditque Dauid iuxta verbum Ghad quod locutus fuerat in nomine domini. Porro Ornan cum aspexisset & vidisset angelum. Hebraicè habetur. Et reuersus est Ornan & vidit angelum, & quatuor filii eius cum eo. Absens significatur Orna dicendo & reuersus est: ita quod cum reuersus præsens esset in area triturans granum vidit angelum, non solum sed cum quatuor filiis. abscondenter se: & Ornan ritratabat granum. timentes angelum gladium habentem euaginatum, ex area ingressi sunt tectorum. Venit autem Dauid ad Ornan: respexitque Ornan & vidit Dauidem, & processit ei obuium de area. Legedium est. & exiuit de area, hoc est de loco areae in quo se occultauerat. & adorans Dauidem facie sua in terram.

Dixitque

CAPVT XXI.

363

Dixitque Dauid ad Ornan: da mihi locum areae & adificabo in eo altare domino, argento pleno da eum mihi & cessabit plaga a populo. Hinc clare apparet quod adhuc non desierat angelus percutere populum. Dixit autem Ornan ad Dauid, tolle tibi & faciat dominus meus rex quod bonum est in oculis suis: vide do bones in holocausta & tribulas in ligna. Instrumeta tritura offert pro lignis, & triticum in sacrificium. Hebraicè habetur. & granum in munus. Loco simile offert granum torrentum in munus Dei. omnia do. Dixitque rex Dauid ad Ornan: non sed argentum dabo tibi quantum valeret: quia non leuabo quod est tuum domino, offerendo holocausta gratuitam. Intendebat enim Dauid aream illam deinceps fore locum sacrum: & propterea emit illam ut non alienum, sed proprium solum dicaret Deo. Deditque Dauid Ornan pro loco sculos aureos ponderis sexcentos. In libro regum scribitur precium boum & rerum, hic autem precium loci. Et adificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocausta & pacifica. Siem mul narratur holocausta & pacifica, sed non simul fuerunt oblati: sed holocausta tunc pacifica autem post diuinum ignem ut subiungitur. clamauitque ad dominum, & exaudiuit eum in igne de celo. Hebraicè habetur. & respondit ei in igne e celis super altare holocausti. Et est primum sacrificium ad quod de coeli descendit ignis: nam neque Leui. 9. in primo sacrificio Ahaaron ignis de celis, sed egressus a domino, neque Iudi. 6. tempore Gedeonis ignis de celo, sed de terra ascendit: & simile quid accidit tempore Manue Iudi. 13. reservatum siquidem est hoc demonstrationi loci in quo adificandum erat templum. significanter autem dicitur holocausti, ut intelligamus non fuisse tunc oblatum nisi holocaustum.

Præcepitque dominus angelo. Tunc secundum ordinem rei gestæ cessavit pestis: superiorius enim (ut dictum est) ad seruandum stylum hoc prænarratum est, sed modo texitur historia. unde & effectus subiungitur, & conuertit gladium suum in vaginam suam. Proutinus ergo Dauid videns quod exaudisset eum dominus in area Orna Iehusai, immolauit ibi victimas. Ecce sacrificia pacifica. Tabernaculum autem domini quod fecerat Moses in deserto & altare holocausti, in tempore illo erat in excelso in Ghibbo. In capitulo 16. dictum est de hoc. Et non potuit Dauid ire in faciem eius ad consulendum Deum. Duæ rationes redduntur quare Dauid post holocaustum in area oblatum sacrificauerit ibidem. altera ex fiducia in Deo demonstrante locum illum placere sibi pro sa-

Zz iij sacrificiis: